

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Johannis Segeri Weidenfeld De Secretis Adeptorum Sive Usu Spiritus Vini Lulliani Libri IV**

**Weidenfeld, Johann S.**

**Londini, 1684**

69. Menstruum faetens ad metalla in Argentum vivum Lullii

[urn:nbn:de:bsz:31-96282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-96282)

69. Menstruum fætens pro dissolu-  
tione calcis auri & argenti, ut redu-  
cantur in argentum vivum,

Cap. XV. Clav. p. 299. Vol. 3. Th. Chym.

R. **V**itrioli libras duas, salis petrae libram unam, cinabrii uncias tres (cinabrium inter cætera hujus menstrui ingredientia non capio quo errore perperam irrepserit, siquidem non hujus, sed sequentis menstrui pro lapide phil. dissolvendo constitutum est, præsertim cum ipse Lullius. cap. 2. Claviculae de Extractione mercurii à corpore perfecto, de cinabrio nullam mentionem fecerit quum tamen ibidem paucis hisce hujus menstrui dederit descriptionem, dum scribit: Ponatis de nostro menstruali fænti, facto de duabus partibus vitrioli rubei, & una salis petrae, & prædictum menstruum prius destilletur septies, & bene rectificetur) rubificetur vitriolum, & pulverifetur, post pone salispetram & cinabrium, & tere omni a simul, postea ponas in vasis aptis ad destillandum bene lutatis. Destilletur in lento igne primùm, ut est opus, ut norunt qui id egerunt. Hæc aqua destilletur sæpius, projiciendo fæces, quæ remanent in fundo cucurbitæ, & sic erit optimum vestrum menstruum destillatum.

*Aliquando vitriolo azoquo & nitro superaddidere vitriolum comm. Ita conficitur*

70. Menstruum fætens ex vitriolo azo-  
queo vitriolo com. & nitro Ripleyi,

Cap. 1. pag. 143. Medulla phil. chym.

R. **V**itriolum factum de acutissimo humore uvarum, cum igne naturæ & sericone (*Vitriolum azoquum*) conjunctis in una massa cum vitriolo naturali (*communi*) aliquantulum